



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitvlaria Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XIX. Ad Francos & Aquitanos missa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

TITVLVS XIX.

Ad Francos & Aquitanos missa de Carisiaco.

*HÆC QUÆ SEQVVTVR CAPITVLA MISIT
Dominus Rex Karolus ad Francos & Aquitanos qui ab eo disciverant anno
incarnationis dominica DCCCLVI. Nonis Iulij, de palatio Carisiaco, per
fideles Missos suos Adalardum Abbatem, Rodulfum, Richinum, Adalgar-
rium, & Berengarium.*

C A P. I.

Mandat vobis noster senior quia suus
avunculus Rhuodulfus illi de ve-
stra fidelitate nuntiavit, & quod vos illum
precaſtis ut ad vos suos denominatos fide-
les in sua mercede transmitteret, & vos
illi per illos vestram necessitatem & volun-
tatem mandare volebatis, & si aliquid fa-
ctum habebatis quod necessitas fuisset
emendare, voluntarie per illorum consi-
lium emendabatis, & quod vobis consi-
lium donaverint ad nostri senioris fidelita-
tem & vestram saluationem, voluntarie
faceretis.

I I.

Et mandat vobis noster senior quia pla-
cet ei quod illi suus avunculus de vestra
fidelitate & bona voluntate nuntiavit, &
secundum vestram deprecationem trans-
mittit nos, sicut precaſtis, ad vos. & man-
dat vobis quia si aliquis de vobis se recla-
mat quod iniuste alicui de vobis fecit, &
ad rectam rationem & justum iudicium
venire non potuit, aut per insidias aliquas
aut ipse senior noster aut aliquis ad illum,
aliquem de vobis comprehendere voluit,
& propter hoc ad tempus aliquis de vobis
ab illius presentia & ab illius servitio se
subtraxit, quia omnis quicumque de vobis
ad rectam rationem ad illum & ante suos
fideles venire voluerit, hoc ei concedit. Et
si iuste & rationabiliter inventum fuerit
quod rectam rationem contra eum aliquis
de vobis habuerit, cum consilio fidelium
suorum hoc voluntarie emendabit. Et si
inventum fuerit quod illam causam unde
aliquis de vobis conquirere voluerit, per
rationem fecerit, volet ut sicut per ratio-
nem fecit, ita facta per rationem perman-
eat.

I I I.

Mandat vobis ut si aliquis de vobis re-

ctam rationem ad illum & ante suos fideles
precaverit, & inde in rectam rationem ve-
nerit, & iuste & rationabiliter inventum
fuerit quod rectam rationem aliquis de
vobis non habeat, & ipsa recta ratio illum
convincerit, quia si se concrediderit & hu-
miliaverit, & emendare voluerit, & in
ipsa emendatione permanere voluerit,
quia sicut cum suis fidelibus rationabiliter
invenerit ut rationabilem misericordiam
faciat, voluntarie paratus est facere.

I V.

Mandat vobis quia si aliquis est de vobis
qui non se confidit in sua conscientia, ut
rectam rationem precare aut non valeat
aut non audeat, & se recognoscit & poe-
nitet, & misericordiam illius & indulgentiam
petierit, quia illum, tantum ut in
ante sicut debet se caveat, voluntarie uni-
cuique qui sic se recognoscit misericor-
diam & indulgentiam donat.

V.

Mandat vobis ut ne aliquis de illo in an-
te dubitet quia ipsam rectam rationem,
qui illam querit, semper illi vult confer-
vare, & illam misericordiam quam modo
illi concedit, similiter illam semper vult
conservare, si ille aliam iterum talem cau-
sam non commiserit pro qua per rectam
rationem justum iudicium debeat susti-
nere.

V I.

Mandat vobis quia si aliquis de vobis ta-
lis est qui dicat quia pro paupertate & ne-
cessitate, quia multos dies in illius servitio
misiſit, & omnia quæ habuit dispendit, ad
talem conjunctionem, ut aliquid impetra-
ret quod per servitium impetrare non po-
tuit, se conjunxit, quia si hoc nostro se-
niori ante suos fideles demonstrare potue-
rit, & hoc si verum inventum fuerit quod
senioris nostri culpa fuerit quod per neces-
sitate aliquis de vobis rationabiliter de
servitio

servitio illius se tali modo subtraxerit, quia senior noster hoc voluntariè recognoscit, & cum consilio de suis fidelibus hoc quam citius & rationabilius potuerit emendabit.

VII.

Mandat vobis quia si aliquis de vobis dixerit quòd hoc quod fecit, non pro sua infidelitate neque pro sua desinonorantia fecit, & timer aliquis de vobis quòd noster senior alicui de vobis reputare in ante debeat hoc factum aut pro sua infidelitate aut pro sua desinonorantia, & propter hoc jam ultra ad illum non debeat consilium acaptare, quia qualiscunque de vobis tali modo in isto facto commisculatus est, si in ante illi sic fidelis & obediens & adjutor ad suum regnum & debitum honorem continendum fuerit sicut per rectum homo suo Regi & suo seniori esse debet, quia nulli de ista causa volet reputare, sed totum ex corde dimittere quod in illius persona in ista causa commisit, & suum servitium, quod illi & antè fecit, & adhuc Deo juvante faciet, debitè & rationabiliter vult illi merere. Si autem aliquis illi aut alicui injustè abstulit, lex hoc, sicut consuetudo & rectum est, pacificabit.

VIII.

Et sciatis quia senior noster, sicut subinde voluit, Deo gratias, nunc ad bonum effectum perduxit, & rogavit fideles suos ut sine ulla mala suspitione de illius iracundia aut animi commotione communiter quaerant & inveniant atque describant hoc quod ille secundum suum ministerium facere debet, & quae facere illum non condeceant. Et ubicunque inventum fuerit quòd fecit quod facere non debuit, paratus est ut cum Dei adjutorio & fidelium suorum consilio hoc quam citius cum ratione & possibilitate emendare potuerit emendet & in ante corrigat, & correcta custodiat; & quod facere debuit, quod ad salutem & honestatem illius pertinuit, & aliquid minus fecit, hoc cum Dei adjutorio & fidelium suorum consilio & auxilio facere quam citius cum ratione & possibilitate potuerit faciat.

IX.

Et similiter vult ut nos quaeramus & inveniamus & describamus quid & qualiter nobis fidelibus suis in unoquoque ordine contra illum conveniat facere, & quid non conveniat facere, ut illa quae conveniunt faciamus, & illa quae non conveniunt caveamus, & ubicunque in retro aliqua à nobis suis fidelibus in quocunque ordine

Tom. II.

facta sunt quae non condeceant, cum Dei & illius auxilio & nostro communi consilio quam citius cum ratione & possibilitate emendare potuerimus emendemus, & in ante corrigamus, & correcta custodiamus.

X.

Et sciatis quia sic est adunatus cum omnibus suis fidelibus in omni ordine & statu, & nos omnes sui fideles de omni ordine & statu, ut si ille juxta humanam fragilitatem aliquid contra tale pactum fecerit, illum honestè & cum reverentia, sicut seniori decet, ammonemus ut ille hoc corrigat & emendet, & unicuique in suo ordine debitam legem conservet. Et si aliquis de nobis in quocunque ordine contra istum pactum in contra illum fecerit, si talis est ut ille inde eum ammonere voleat ut emendet, faciat; & si talis est causa ut inde illum familiariter non debeat ammonere, & ante suos pares illum in rectam rationem mittat, & ille qui debitum pactum & rectam legem & debitam seniori reverentiam non vult exhibere & observare, justum justitiae judicium sustineat. Et si sustinere non voluerit, & contumax & rebellis extiterit, & converti non potuerit, à nostra omnium societate & regno ab omnibus expellatur. Et si senior noster legem unicuique debitam, & à se & à suis antecessoribus nobis & nostris antecessoribus perdonatam, per rectam rationem vel misericordiam competentem unicuique in suo ordine conservare non voluerit, & ammonitus à suis fidelibus suam intentionem non voluerit, sciatis quia sic est ille nobiscum & nos cum illo adunati, & sic sumus omnes per illius voluntatem & consensum confirmati Episcopi atque Abbates cum laicis, & laici cum viris ecclesiasticis, ut nullus suum parem dimittat ut contra suam legem & rectam rationem & justum judicium, etiam si voluerit, quod absit, Rex noster alicui facere non possit.

XI.

Et sciatis quia ad hoc quaerendum & invenendum & statuendum atque confirmandum cum nostro & ceterorum fidelium suorum consensu habet noster senior constitutum locum Vermeriam palatium, & tempus ac diem XIII. Kalend. Augusti. & habet ex nomine descriptos fideles suos per quorum tractatum ista causa Deo adjuvante ad perfectionem perveniat. & habet VII. Kalendas Augusti ad ipsum palatium Vermeriam generaliter omnes fideles suos convocatos, ut omni-

F

bus suam voluntatem & perdonationem & nostram, qui fideles illius sumus, devotionem accogniter, ut ista convenientia, quam teste Deo confirmabimus, in ante diebus vite sue & diebus vite nostre conservetur, & ipse suis successoribus contra successores nostros & nos nostris successoribus suis successoribus conservandam in Dei nomine relinquamus.

X I I.

Et sciatis quia vult senior noster & nos ac ceteri fideles illius ut si vos, qui illius fideles & consiliarij esse debetis, volueritis, sicut vobis diximus, ad illius presentiam & fidelitatem atque servitium venire & nobiscum in ista societate esse, quia & ipse & nos quae voluntarie volumus, ut cum nobis hoc & quaeratis & inveniatis & statuatis & confirmetis atque conservetis, & nos cum vobis similiter, & vobis aliis omnibus, sicut & nobis, debitam legem & rectam rationem dehinc in ante, sicut rectum est, vult conservare, sicut sui antecessores, qui hoc melius & rationabilius fecerunt, nostris & vestris antecessoribus in omni ordine conservaverunt.

X I I I.

Et mandat vobis noster senior quia si aliquis de vobis talis est cui suus senioratus non placet, & illi simulat ut ad alium se-

niorem melius quam ad illum acaptare possit, veniat ad illum, & ipse tranquillo & pacifico animo donat illi comitatum; tantum ut ipsi & in suo regno vel suis fidelibus aliquod damnum aut aliquam maritionem non faciat; & quod Deus illi cupierit, & ad alium seniorem acaptare potuerit, pacifice habeat.

X I V.

Et si aliquis fuerit de vobis qui voleat dicere quia non credit senioris nostri fidem, & suspectus sit de sua perditione, & propter hoc non audeat ambulare ad illum, nos vobis damus Dei & nostri senioris Karoli fidem & de suis Episcopis & fidelibus Clericis fidem quia quantum Deus vos salvaverit, & vos vos ipsos salvaveritis, sani ambuletis, & sani cum illo sitis, & sani, si vobis cum illo, sicut debet, non convenit, retornetis. tantum ut pacifice & sine seditione ambuletis, & suos fideles non sollicitetis.

X V.

Et si adhuc dubitatis, & aliam firmitatem quaeritis, tantum ut contra rationem non quaeratis, si ad illum, sicut diximus, ambulare vultis, etiam & ad hoc parati sumus ut faciamus: quia certi sumus quia omnia cum securitate facere possumus.

T I T V L V S X X.

Ad eosdem missa de Basio.

ISTA CAPITVLA MISIT REX DE BASIV
per Hadabramm & Bettone.

C A P. I.

Mandat vobis senior noster salutes. Mandat etiam vobis quia valde miratur quod placitum tale non custoditis sicut vos illi promistis, & sicut ipse vobis mandavit.

I I.

Mandat vobis senior noster quod propterea hoc placitum dimisistis ut fratris ejus expectare voluissetis adventum, juxta quod illi mandastis, non sine aliis suis fidelibus, quos modo secum non habuit, invenire potuit, ut necesse esset inde aliquam expectationem facere.

I I I.

Habet senior noster constitutum aliud placitum Kal. Septemb. in villa Nielfa, ubi ei occurrere sui fideles debent. Propterea mandat vobis ut vos tali loco, & vobis congruo & eidem praemisso loco proximo, veniatis, ubi tales suos fideles transmittere ad vos possit quos vobis mittendos postulaveritis.

I V.

Sciatis quia vult vobis hoc observare secundum quod vobis in Vermeria concessit, & sicut scriptis & verbis antea mandaverat, & quicquid amplius justè & rationabiliter postulare vultis. Pariter & de